UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m], Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi, belliq[ue] gestaru[m] Compendium

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Serenissimo diui Martyris Lamberti Collegio apud Leodium Euang. Placentius S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

Visual Library

monium requirere aggreſſus, multū hac via pro fecit. Vnde regem Hildericū diſtricte interpellās

Interficitur Theodardus

Dum diplomate inſtructus Franciam oppeteret ab inſequentibus magnatibus in ſaltu Bivvalto Spiræ finitimo interfectus eſt. Sed in agro profluente cruore, quū huius puer, ab agraria ancilla filum poſceret, quo vulnus capitis colligaret, illa heræ ſuæ ſęuitiam formidans, vix tandē impartijt. Quæ in veſperū, quod timebat experta, vapulauit, ſed inter verbera, hera cecitate percuſſa eſt, nec ante vidit q̄ emiſſo voto Theodardū Martyrē inuocaret. Paſſus eſt anno adminiſtrationis ſecundo, quarto Idus Septembres. Qui primo Hercūbæ conditus eſt. Vnde illum aliquando S. Lambertus auferre tentans. Vāgionū antiſtitem obſtare perpendit. Quē tandē ratione & autoritate repoſcens: in ſacellum. S. Coſme & Damiani, Leodij tranſpoſuit. Floruit ſub Apoſtolico Vitaliano, Imperante Conſtante

Miraculū

¶ Sereniſſimo diui Martyris Lamberti Collegio apud Leodium Euang. Placentius S. D.

QVo tandem exordij genere? quo dictionis filo, tęlam ordiar domini vndecunq; clariſſimi? Ita vere eſtis quod vulgo creditur, quippe nataliū imaginibus non minus generoſi,

quam literarum monumentis prolixę illuſtres,
rurſus ſic literis ornati: vt nobilitati plurimū inde
accedat & vtilitatis & glorię. Equidē haud teme
re Cicero cōtendit, cū ad naturā eximiam & no
bilem ratio quędā doctrinęq; cōfirmatio acceſſe
rit, tū illud neſcio quid, ſingulare ſolere exiſtere
Ex hoc eſſe genere quē Romani viderūt diuinū
hominē Affricanū, ex hoc C. Leliū. L. Furium
modeſtiſſimos homines & contētatiſſimos, ex
hoc fortiſſimū virū & illis tēporibus doctiſſimū
Catonē illū ſenē. Qui profecto ſi nihil ad percipi
endā colendamq; nobilitatē literis adiuuarētur:
nequaq̄ ſe ad illarū ſtudiū contuliſſent Ergo qui
bus nobilitas omnis abſq; diſciplinis fumoſa pu
tatur, certe literis permixta rarū eſt & incōpara
bile margaritū, armillis inſitū ſani pectoris. Igi
tur hoc veſtro propoſito vix quicq̄ immitti po
terat ſanctius, pulchrius, fidelius, & ad cōſequē
dā immortalitē cōpendioſius, quo genus ipſum
& originē (quę illiteratis pluribus male ceſſit) ele
gātia ſtudiorū, nō quidē triuialiū, ſed exquiſito
rū decorare maluiſtis Quāobrem, quā videbam
vos velle lubens inī gratiā, vt illo ſcribendi gene
re augendęq; veſtrę celſitudini prodeſſem: quo
ſecundū euāgelica & Apoſtolica ſenſa, nullū po
terat excogitari ſalubrius, quaten⁹ mea ſumma
diligentia Leodinorū Antiſtitū bona fide, facta

ceu in cryſtallino ſpeculo ob oculos ponerē, &
oratione illuſtrarem fortaſſis ſat hiſtoriæ conſo-
na. Vt enim cū Politiano fatear, inter omne ſcri
ptorū genus: quibus vel Grecæ vel Romanæ li-
teræ floruerunt: ij mihi haud dubie de humanis
rebus egregie meriti eſſe videntur: per quos aut
excellentiū populorū, aut ſummorū principum
aut omniū illuſtrium virorū res geſtæ, fidelibus
hiſtoriarū monumentis cōmendatæ ſunt, tanto
pere, vt abſq; iugi earūdem lectione nemo non
puer ſit, & ille penetratius ſapiat, qui aliorū exē
plis ſapere didicit. Quo circa optarim Ampliſſi.
domini, quicquid hoc eſt, quod non ſapiat vn-
gues corroſos, ictumue pluteū, boni vos cōſule
re, conſilio magni Perſarū regis Artaxerxis cog
nomēto memoris. Qui cū ruſticus ei aquā vtra-
q; manu e proximo fluuio hauſtā obtuliſſet: libe
rali vultu exceperit. Alter quiſpiā malū per grā
de obtrudēs, vbi arriſiſſet homini: per ſolem in-
quit, hic vir mihi videtur: qui ex parua etiam vr
be, magnam poſſet extruere, animū potius ſpe-
ctandū ratus, q̄ oblatū, Chriſtus Ieſus, q̄ diutiſſi
me vos ſeruet incolumes. Valete.

¶ Vigeſimus Antiſtes.

LAmbertus hac tēpeſtate nolens volens in
Epiſcopatū tractus eſt anno ſalutis ſexcen
659. teſimo quinquageſimo nono. Qui pręcla-